leges in cæteris deligẽdis magiſtratibus. Priſcis ſiquidẽ tp̃ibus īterdũ duo: Quattuor interdũ ex primariis ciuibus quotãnis a ſenatu populoq; deligebantur. Quorũ erat ptãs oẽs creare ꝑ arbitrio magiſtratus. Eũ morẽ conſideranti mihi & ſi uidebatur nimiã tributã quattuor ciuibus ptãtẽ: Vt iudices darent priuatis oībus publiciſq; cauſis honores qbus uideretur demãdarent: Duo tamen bona maiores ſecutos exiſtimabã. Primũ q, oïs q̃ ſolet adhiberi in ſuffragatiōibus ambitio: tollebatur. Et iuuẽtutẽ quã nũc uidemus oẽm fere ętatẽ cõterere in honorũ magiſtratuũq; petitionibus melioribus exercitiis intẽdere oportebat. Quibus & corporibus uires accederent: & animis uſus rerũ atq; expientia. Nõ aũt tabeſcere ocio: aut ad malas artes aīum applicare. Aliud quoq; uidebã eos cõmodũ ſecutos: ciuilis ſiqdẽ iuſtitia primũ ciuitatis bonũ per eum legẽdi ritũ liberius adminiſtrabatur Neq;.n. iudex metuebat ſniam ferre aduerſus eum: cuius deinde ſuffragiũ & iuditiũ nõ eſſet ſubiturus. Hoc aũt quãtũ iuridicũdo noceat: querimur quotidie oẽs. Cęterũ ĩ hac hũanę uitę cõſuetudine: bona malis admixta ſũt Vix.n. qcq̃ reperias tã bonũ: ut non ſecum aliquid interdũ afferat malitiæ. Multorũ ſuffragatio profecto plus habet ęquitatis. Nec illud quoq; nõ habet: quod augetur ciuilis amor: atq; concordia petitionibus: ſalutatiōibus: officiiſq; mutuis. Qualem aũt locum teneat in ciuitate concordię bonum: quis referat? At habet ĩcõmoda quę diximus ut iuſtitię interdum fiat iniuria. Sed quę nã eſſe põt ſine iuſtitia in ciuitate cõcordia? Igitur nihil illa ſnia pręclarius. Studere principem oportere: nõ tam ut bonis utatur legibus: q̃ ut bonos faciat ciues: qđ aũt bonũ ciuẽ efficiat nihil ęque repias: Ac ſi uirtuti pręmiũ: malefacto ſuppliciũ applicueris. Idq; non tam fiat lege q̃ facto.

Poſt urſi ducis patratã cędem uarię (ut fit) cõtentiões ortę: aliis ĩdigne ferentibus mortẽ fortiſſimi & clariſſimi ducis: aliis ferocitatem improbantibus: qui duos interſe populos decertare inuicẽ & quaſi digladiari ſubegiſſet. Cum uero de indicendo populorũ concilio ſermo haberetur: Et apud Heracliam de more uocauiſſet: iactari uoces per uenetos cępte. Enimuero indignã rem. Heracliam ſibi iam regiam uenetorũ præſcripſiſſe. Cur.n. nõ & alibi concilia cogantur? poſteaq̃ & multitudine ciuiũ opibus & uetuſtate nõ ęquari mõ aliæ quoq; urbes poſſint Heraclię: ſed etiã ſuperiores haberi? Exhauſtã pręterea iam eſſe ciuibus heracliã: Deſtitutã uiribus ꝑpter aſſidua bella. Alibi conueniendũ. Et cõmunicandus honor cęteris quoq; populis. Decretũ igitur ut apđ Metamaucũ cogatur: qđ erat ea tẽpeſtate cęteris frequẽtius ampliuſq;. Ibi uero quũ de eligẽdo duce tribuni referrent maior orta cõtẽtio. Aduerſãtibus pleriſq; ne duces deĩceps deligãtur: ꝑ dominis eni ſe gerere: non pro ducibus. Agere omnia ad libidinẽ. Cęteros cõtẽptui habere. Non ſeruare leges: Nõ plebiſcita: commemorare: pręterea urſi ducis ferociam: ut ſemper armatis ſtipatus incederet. Bellum ex Bello ſereret: nec pace: nec quiete contentus: quid enim impulit maiores noſtros ad inco